

Ecclésiæ concedat Pontificem illum tua immensa pietas; qui et pio in nos studio semper tibi placitum, et tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reverendus. Per Dñm.

Lectio Epist. B. Pauli Ap. ad Hebræos. 4. et 5.

Fratres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis: qui condolare possit iis, qui ignorant, et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate: et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum or-

dinem Melchisedech. Qui in diebus carnis tuæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido, et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.

Graduale. Levit. 21. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fuscum est unctio oleum, et cuius manus in sacerdotio consecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus: debuit per omnia fratribus similari. *V. Hebr. 2.* Ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum: ut repropitiaret delicta populi. Alleluia, alleluia. *V. Levit. 21.* Sacerdos sit sanctus, sicut et ego sanctus sum, Dñus, qui sanctifico vos. Alleluia.

Post Septuages., omisit *Alleluia*, et *V. seq.*, dicitur. **Tractus. Ps. 131.** Surge Dñe in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ. *V.* Sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui exsistent. *V.* Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.

Temp. Paschali omittitur Grad., et ejus loco dicitur: Alleluia, alleluia. *V. Levit. 21.* Sacerdos sit sanctus, sicut et ego

sanctus sum, Dñus, qui sanctifico vos. Alleluia. *V. Joann. 10.* Ego sum pastor bonus: et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Alleluia.

Evangel. Si diligitis me, ut in Vigilia Pentecostes. 291. **Offertorium. III. Esd. 5.** Non participentur sancta, donec exsurgat Pontifex in ostensionem et veritatem.

Secreta. Tuæ nobis Domine abundantia pietatis indulgeat: ut per sacra mînera, quæ tibi reverenter offerimus,

gratum majestati tuæ Pontificem sanctæ matris Ecclésiæ regimini præesse gaudeamus. Per Dñm.

Communio. Exodi. 29. Veste sancta utetur Pontifex, qui fuerit constitutus, et ingredietur tabernaculum testimonii, ut ministret in sanctuario.

¶ In die Creationis et Coronationis Papæ, et ejusdem diei Anniversario dicitur *Missa* ut in Cathedra beati Petri, XVIII. Januarii, cum *Orat. Deus omnium*, p. [58] omisit *Orationibus SS. Petri et Pauli*: et dicitur *Credo*.

In Anniversario Electionis seu Consecrationis Episcopi.

Dicitur *Missa Sacerdotis tui*, de Comm. Conf. Pontificum *Orat. Deus omnium* etc. ut infra. *Epist. Omnis pontifex*, p. [25], et *Evangel. Vultus, arguite*, p. [26].

Oratio. Deus omnium fidelium pastor et rec-

tor, famulum tuum N. quem pastorem Ecclésiæ N. præesse voluisti, propitius respice. etc. ut supra pro Papa, p. [58]. — *Secreta* et *Postcomm.* pari modo dic. — *Cet. req.* p. [23].

Missa ad tollendum Schisma.

Introitus. Ps. 105.

S Alvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus: ut constemur nomini sancto tuo, et glorietur in laude tua. *Ps. ibid.* Confitemini Dñm, quoniam bonus: quoniam in sæ-

culum misericordia ejus. *V.* Glória Patri.

Oratio. Deus, qui errata corrigis, et dispersa congregas, et congregata conservas: quesumus, super populum christianum tuæ unionis gratiam clementer infunde: ut divisione rejecta, vero pastori Ecclésiæ tuæ se

úniens, tibi digne valeat famulári. Per Dóminum. Lect. Epistolae B. Pauli Apóst. ad Ephésios. 4.

Fratres: Obsecro vos, ut digne ambulétis vocatione, qua vocátí estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocátí estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dóminus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater ómnium, qui est super omnes, et per ómnia, et in ómnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: donec occurrámus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectú, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut jam non simus párvuli fluctuantes, et circumferámur omni vento doctrinae in nequitia hóminum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescámus in illo per ómnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem junctio-

ram subministratiónis, secundum operatiónem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum córporis facit in aedificatiónem sui in caritate. Hoc igitur dico, et testifcor in Dómino, ut jam non ambulétis, sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui, ténébris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quae est in illis, propter cæcitatem cordis ipsórum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operatiónem immunditiae omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edócti estis, sicut et veritas in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. Ps. 121. Rogate quae ad pacem sunt Jérusalem: et abundantia diligentibus te.

V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in túribus tuis. Allelúia, allelúia. **V. Ps. 147.** Lauda Jérusalé Dñum: lauda Deum tuum Sion. Allel.

Post Septuages., omissis Allelúia, et V. seq., dicitur: **TRACTUS. Ps. 75.** Notus in Judaea Deus, in Israel magnum nomen ejus. **V.** Et factus est in pace locus ejus, et habitatio

ejus in Sion. **V.** Ibi confregit poténtias arcuum, scutú, gládiú, et bellum.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic.:

Allel., allel. **V. Ps. 147.** Lauda Jérusalé Dñum: lauda Deum tuum Sion. Allelúia. **V.** Qui pósuit fines tuos pacé: et adipe fruménti satiát te. Allel. **Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 17b.**

In illo tempore: Sublevatis Jesus óculis in caelum, dixit: Pater sancte, serva eos in nómine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nómine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: et nemo ex eis périit, nisi filius perditionis, ut Scriptúra impleátur. Nunc autem ad te vénio: et haec loquor in mundo, ut hábeant gaudium meum implétum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos ódio hábit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu emisisti in mundum, et

ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eórum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum.

Offertorium. Rom. 15. Det vobis Deus idipsum scápere in altéruum: ut unánimes uno ore honoríficétis Deum nostrum.

Secreta. Múnera haec pro unióne pópuli christiáni tibi Dómine oblata sanctifica, per qua unitatis et pacis in Ecclesia tua nobis dona concédas. Per Dñum.

Communio. 1. Cor. 10. Unus panis, et unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane et de uno cálice participámus. **Postcommunio.** Haec tua Dñe sumpta sacra communio: sicut fidélium in te uniónem praesignat; sic in tua Ecclesia unitatis quæsumus operetur effectum. Per Dñum.

Missa pro quacumque Necessitate.

Introitus *Salus pópuli*,
ut Dom. XIX. post Pentec.

Oratio. Ineffabilem misericórdiam tuam Dómine nobis cleméter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a penis, quas pro his merémur eripias. Per Dóminum.

Léct. *Jeremiae Proph. 14.*

S iniquitates nostræ : Responderint nobis : Dómine fac propter nomen tuum, quóniam multæ sunt aversiónes nostræ, tibi peccávimus. Expectátio Israel, salvátor ejus in témpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos, ne dereclinuas nos, Dómine Deus noster.

Graduale. Ps. 43. Liberásti nos Dómine ex affligéntibus nos : et eos, qui nos odérunt, confundisti. *V.* In Deo laudábitur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula. Allelúia, allelúia. *V. Ps. 78.* Propítius esto, Dómine, peccátis nostris : ne quando dicant gentes, Ubi est Deus eórum? Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus De necessitatibus*, ut in Missa quartæ Feriæ IV. Temp. Quadrag. p. 74.

Temp. Paschali omittitur *Graduale*, et ejus loco dic. :

Allel. allel. *V. Ps. 78.* Propítius esto, Dómine, peccátis nostris : ne quando dicant gentes, Ubi est Deus eórum? Allelúia. *V. Ps. 30.* Exsultábo et lætabor in misericórdia tua : quóniam respexisti humilitatem meam : salvásti de necessitatibus animam meam. Allelúia.

Seq. sancti *Evangelii* secundum *Marcum. 11. c.*

In illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Habéte fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti : Tóllere, et mittere in mare, et non hasitáverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis : ómnia quæcúmque orantes pétitis, credíte quia accipietis, et evénient vobis. * Et cum stábitis ad orándum, dimittite si quid habétis advérsus áliquem : ut et Pater vester, qui in cælis est, dimittat vobis peccáta vestra. Quod si vos non dimiseritis : nec Pater vester, qui in cælis est, dimittet vobis peccáta vestra.

Missa pro Remissione peccatorum. [65]

Offertorium. Ps. 137. Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me Dómine : et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me faciet dextera tua.

Secreta. Purificet nos Dñe quæsumus muneris præsentis oblátio : et dignos sacra participatióne perficiat. Per Dñum.

Communio. Psalm. 118. Meménto verbi tui servo tuo Dómine, in quo mihi spem dedisti : hæc me consoláta est in humilitate mea.

Postcommunio. Præsta quæsumus Dómine : ut terrénis affectibus expiáti, ad supérni plenitudinem sacraménti, cuius libávimus sancta, tendámus. Per Dñum.

Missa pro Remissione peccatorum.

Introitus, *Miseréris*, ut in Missa Fer. iv. Cinerum. p. 59.

Oratio. Exáudi quæsumus Dómine supplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis : ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benignus et pacem. Per Dóminum.

Léct. *Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Romános. 7.*

Fratres : Condeléctor legi Dei secundum interiorem hominem : video autem áliam legem in membris meis, repugnántem legi mentis meæ, et captivántem me in lege peccáti, quæ est in membris meis. Infélix ego homo, quis me liberábit de corpore mortis hujus? Grátia Dei per Jesum Christum Dóminum nostrum.

Graduale. Ps. 78. Propítius esto Dómine pec-

cátis nostris, nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum? *V.* Adjuva nos Deus salutaris noster : et propter honórem nóminis tui Dómine libera nos. — Allelúia, allelúia. *V. Ps. 7.* Deus judex justus, fortis et pátiens : numquid irascétur per singulos dies? Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus De profundis*, ut in Missa Domin. in Septuag. 50.

Temp. Paschali omittitur *Graduale*, et ejus loco dic. :

Allelúia, allelúia. *V. Ps. 7.* Deus judex justus, fortis, et pátiens : numquid irascétur per singulos dies? Allelúia. *V. Ps. 50.* Auditui meo dabis gáudium et lætiam : et exsultábunt ossa humiliáta. Allelúia.

Evang. *Péite, et dábitor vobis*, ut in Missa de Rogationibus, vers. fin. Evang. ab hoc signo ¶, p. 282.

Offertorium. Ps. 101. Dómine exáudi oratióne meam : et clamor meus ad te pervéniat.

Secreta. Hóstias tibi Dñe placatióne et laudis offerimus : ut et delicia nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dirigas. Per Dñum.

Missa ad postulandam Gratiam bene moriendi.

Introitus. Psalm. 12.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum. *Ps. ibid.* Usquequo Dómine oblivisceris me in finem? úsquequo avértis faciém tuam a me. V. Glória Patri. — Illúmina.

Oratio. Omnipotens et misericors Deus, qui humáno generi et salútis remédia, et vitæ æternæ múnera contulisti : respice propitiús nos fámulos tuos, et ánimas réfove, quas creásti, ut in hora éxitus eárum absque peccáti mácula tibi Creatori suo per manus sanctórum Angeló-

Communió. Luc. 11. Pé-
tite, et accipiétis : quæ-
rite, et inveniétis : pul-
sáte, et aperiétur vobis :
omnis enim qui petit,
accipit : et qui querit,
invenit : et pulsánti aperi-
étur.

Postcommunió. Præsta nobis æternæ Salvátor : ut percipiám hoc múnere véniam peccátórum, deinceps peccáta vitémus. Per Dóminum.

rum repræséntari mereántur. Per Dóminum.
Léct. Epístolæ B. Pauli
Apóstoli ad Romános. 14.

Terres : Nemo no-
strum sibi vivit, et
nemo sibi móritur. Sive
enim vivimus, Dómino
vivimus : sive mórimur,
Dómino mórimur. Sive
ergo vivimus, sive móri-
mur, Dómini sumus. In
hoc enim Christus mórtuus
est, et resurrexit : ut et
mortuórum, et vivórum
dominétur. Tu autem
quid iudicas fratrem tuum?
aut tu quare spernis
fratrem tuum? Omnes
enim stábitus ante tribú-
nal Christi. Scriptum
est enim : Vivo ego, dicit
Dñus, quóniam mihi
flectétur omne genu:
et omnis lingua confi-

tébitur Deo. Ita que unus-
quisque nostrum pro se
rationém reddet Deo.

Graduale. Psalm. 22. Si
ámbulem in médio um-
bræ mortis, non timébo
mala : quóniam tu me-
cum es, Dómine. V. Vir-
ga tua, et báculus tuus
ipsa me consoláta sunt.
Allel., allel. V. *Ps. 30.*
In te Dómine sperávi,
non confundar in ætér-
num : in justitia tua
libera me, et éripe me ;
inclina ad me aurem
tuam, accélera, ut eripias
me. Allelúia.

Post Septuages., omissis
Allelúia, et V. seq., dicitur
Tráctus *De necessitatibus*,
ut in Missa quartæ Feriæ
IV. Temp. Quadrag. p. 74.

Tempore Pasch. omittitur
Graduale, et ejus loco dic.:

Allel., allel. V. *Ps. 113.*
In éxitu Israel de Egi-
pto, domus Jacob de pó-
pulo bárbaro. Allelúia.
V. *Ps. 107.* Parátum cor
meum Deus, parátum
cor meum : cantábo, et
psallam tibi, glória mea.
Allelúia.

Seq. sancti Evangelii se-
cúndum Lucam. 21. g.

In illo tempore : Dixit
Jesus discipulis suis:
Atténdite vobis, ne forte
gravéntur corda vestra
in crápula, et ebrietáte,
et curis hujus vitæ, et
supervéniat in vos re-
pentina dies illa : tam-
quam láqueus enim su-

pervéniet in omnes, qui
sedent super faciém om-
nis terræ. Vigilate ita-
que omni tempore orán-
tes, ut digni habeámini
fugere ista ómnia quæ
futura sunt, et stare ante
Filiúm hóminis.

Offertorium. Psalm. 30.
In te sperávi Dñe, dixi :
Tu es Deus meus : in má-
nibus tuis témpora mea.

Secreta. Súscipe quæsum-
num : in justitia tua
quam tibi offerimus pro
extremo vitæ nostræ, et
concéde : ut per eam
universa nostra purgén-
tur delicta ; ut qui tuæ
dispositiόνis flagélla in
hac vita atterimur, in
futúra réquiem conse-
quámur æternam. Per
Dóminum.

Communió. Ps. 70. Dó-
mine, memorábor justí-
tiæ tuæ solius : Deus,
docuisti me a juventute
mea, et usque in senéc-
tam, et sénium, Deus,
ne derelinquas me.

Postcommunió. Quæsum-
mus cleméntiam tuam,
omnipotens Deus : ut
per hujus virtútem sacra-
mentú nos fámulos
tuos grátia tua confir-
máre dignéris ; ut in
hora mortis nostræ non
prævaleat contra nos ad-
versárius, sed cum An-
gelis tuis tránsitum ha-
repentina dies illa : tam-
quam láqueus enim su-

Missa contra Paganos.

Introitus *Exsurge*, ut in Missa Dom. in Sexag. p. 52.

Oratio. Omnipotens sempiternè Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, et omnium iura regnorum: respice in auxilium Christianorum; ut gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexterae tuae potentia conterantur. Per Dóminum.

Epistola. *Orávit Mardocheus*, ut Feria iv. post Domin. II. in Quadrag. p. 88.

Graduale. *Sciatis gentes*, ut in Domin. in Sexag. p. 53.

Allel., allel. *V. Ps. 79.* Excita Dómine potentiam tuam, et veni: ut salvos facias nos. Allel.

Post Septuages., ommissis *Alleliis*, et *V. seq.*, dicitur

Cractus. *Psalm. 78.* Adjuva nos Deus salutaris noster, et propter honorem nómínis tui Dómine, libera nos: et propitius esto peccátis nostris, propter nomen tuum. *V.* Ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? et innotéscat in nationibus coram oculis nostris. *V.* Vindica sanguinem servorum tuorum, qui effusus est: iniret in conspéctu tuo gemitus compeditórum.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et eius loco dic.

Allel., allel. *V. Ps. 79.* Excita Dómine poten-

tiam tuam, et veni: ut salvos facias nos. Allelúia. *V. Ibid.* Deus virtutum convertere, respice de caelo, et vide, et visita vineam istam: et perforce eam, quam plantávit dextera tua. Allel.

Evang. *Quis vestrum habebit*, ut in Missa de Rogationibus, p. 282.

Offertorium. *Ps. 17.* Populum húmílem salvum facies: et oculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus praeter te Dómine?

Secreta. Sacrificium Dómine, quod immolámus, inténde: ut propugnatores tuos ab omni éruas paganórum nequitia, et in tuae protectiónis securitate constituas. Per Dóminum.

Communio. *Ps. 118.* In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando facies de persequéntibus me iudicium? iniqui persecúti sunt me, adjuva me Dómine Deus meus.

Postcommunio. Protec-tor noster ádspecte Deus; et propugnatores tuos a paganórum defénde periculis; ut omni perturbatióne submóta, liberis tibi méntibus déserviant. Per Dóminum.

~~~~~

## Missa tempore Belli.

Introitus *Reminiscere*, ut Domin. II. in Quadrag. p. 83.

**Oratio.** Deus, qui contéris bella, et impugnatóres in te sperántium potentia tuae defénsiónis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam; ut inimicórum suórum feritate depréssa, incessábili te gratiárum acti-one laudémus. Per Dóminum.

Lect. *Jeremiae Proph. 42.*

**I**n diebus illis: Accesserunt omnes principes bellatórum: dixeruntque ad Jeremiam prophétam: Ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum. Et factum est verbum Dómini ad Jeremiam. Vocavitque omnes principes bellatórum, et univérsum populum a mínimo usque ad magnum. Et dixit ad eos: Hæc dicit Dóminus Deus Israel, ad quem misistis me, ut prostérnerem preces vestras in conspéctu ejus: Si quiescèntes mansérít in terra hac, ædificábo vos, et non destrúam; plantábo, et non evellám: jam enim placáto sum super malo quod feci vobis. Nolite timére a facie regis Babylónis, quem vos pávidi formidátis: nolite metúere

eum, dicit Dóminus: quia vobiscum sum ego, ut salvos vos faciam, et éruam de manu ejus. Et dabo vobis misericórdias, et miserébor vestri, et habitáre vos faciam in terra vestra: dicit Dóminus omnipotens.

**Graduale.** *Ps. 76.* Tu es Deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtútem tuam. *V.* Liberásti in bráchio tuo populum tuum filios Israel et Joseph. Allelúia, allelúia. *V. Ps. 58.* Eripe me de inimicis meis Deus meus, et ab insurgéntibus in me libera me. Allelúia.

Post Septuages., ommissis *Alleliis*, et *V. seq.*, dicitur

**Cractus.** *Ps. 102.* Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitates nostras retribuas nobis. *V. Ps. 78.* Dómine, ne memineris iniquitatum nostrárum antiquárum: cito anticipet nos misericórdie tuae, quia páuperes facti sumus nimis. *V.* Adjuva nos Deus salutaris noster: et propter glóriam nómínis tui Dómine libera nos: et propitius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic. :

Allel., allel. *Ps. 58.* Eripe me de inimicis meis Deus meus : et ab insurgentibus in me libera me. Allelúia. *V. Ibid.* Ego autem cantabo fortitudinem tuam : et exultabo mane misericordiam tuam. Allelúia.

Evang. *Accesserunt ad Jerusalem discipuli scilicet,* etc. usque ad verba *Tunc tradent.* in Missa *Salus,* de Comm. plurim. Mart. p. [17].

**Offertorium.** *Ps. 17.* Populum humilem salvum facies Dómine ; et oculos superbórum humiliabis : quóniam quis Deus præter te Dómine ?

### Missa pro Pace.

Intritus *Da pacem,* ut Domin. XVIII. post Pentec.

**Oratio** Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandátis tuis dedita, et hóstium sublata formidine, témpora sint tua protectióne tranquilla. Per Dóminum.

Léct. libri *Machab. II. 1.* Fratribus, qui sunt per Ægyptum, Judæis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosólymis, Judæi, et qui in

**Sereta** Sacrificium Dómine quod immolámus, inténde placátus : ut ab omni nos éruat bellórum nequitia, et in tuæ protectiónis securitate constituat. Per Dóminum.

**Communio.** *Ps. 30.* Inclina aurem tuam, accélera, ut eripias nos.

**Postcommunio.** Deus regnórum ómnium, regúmque dominátor, qui nos et percutiéndi sanas, et ignoscéndi conservas : præténdi nobis misericórdiam tuam ; ut tranquillitáte pacis tua potestáte servata, ad remédia correctiónis utamur. Per Dóminum.

regióne Judææ, et pacem bonam. Beneficiat vobis Deus, et meminerit testaménti sui, quod locútus est ad Abraham, et Isaac, et Jacob, servórum suórum fidélium ; et det vobis cor ómnibus ut colátis eum, et faciátisejus voluntátem corde magno, et ánimo volénti. Adapériat cor vestrum in lege sua, et in præcèptis suis, et faciát pacem. Exáudiat oratiónes vestras, et reconcilietur vobis, nec vos désérat in témpore malo, Dóminus Deus noster.

**Graduale.** *Ps. 121.* Rogáte quæ ad pacem sunt Jérúsalem : et abundantia diligéntibus te. *V.* Fiat pax in virtúte tua : et abundantia in túrribus tuis. Allelúia, allelúia. *V. Ps. 147.* Lauda Jérúsalem Dóminum : lauda Deum tuum Sion. Allel.

Post Septuages., omissis Allelúia, et *V. seq.*, dicitur **Cractus.** *Ps. 75.* Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus. *V.* Et factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion. *V.* Ibi confregit poténtias arcuum, scutú, gládiú, et bellum.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic. :

Allel., allel. *Ps. 147.* Lauda Jérúsalem Dóminum : lauda Deum tuum Sion. Allelúia. *V.* Qui pósuit fines tuos pacem : et ádipe frumentí satiát te. Allelúia.

Evang. *Cum sero esset,* ut Dom. in Albis, usque ad verba *retenta sunt,* inclus.

**Offert.** *Ps. 134.* Laudáte Dñum, quia benignus est : psállite nómini ejus, quóniam suavis est : ómnia quæcúmque voluit, fecit in cælo, et in terra.

**Sereta.** Deus, qui credétes in te pópulos nullis sinis concúti terróribus : dignáre preces et hóstias dicátæ tibi plebis suscipere ; ut pax a tua pietáte concéssa, Christianórum fines ab omni hoste faciát esse secúros. Per Dóminum.

**Communio.** *Joan. 14.* Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, dicit Dóminus.

**Postcommunio.** Deus, auctór pacis et amátor, quem nosse, vivere, cui servire, regnáre est : prótege ab ómnibus impugnatiónibus súpplices tuos ; ut qui in defénsióne tua confidimus, nullius hostilitátis arma timeámus. Per Dóminum nostrum.

### Missa pro vitanda Mortalitate, vel tempore Pestilentiae.

Intritus. *II. Reg. 24.* **R**ecordáre Dómine testaménti tui, et dic Angelo percutiénti : Cesset jam manus tua, et non desolétur

terra, et ne perdas omnem ánimam vivéntem. *Ps. 79.* Qui regis Israel, inténde : qui dedúcis, velut ovem, Joseph. *V.* Glória Patri. — Recordáre Dómine.

**Oratio.** Deus, qui non mortem, sed penitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te revertentem propitius respice; ut dum tibi devotus existit, iracundiae tuae flagella ab eo clementer amoveas. Per Dñm nostrum.

**Lect.** libri *Regum. II. 24.*

**I**n diebus illis: Immisit Dñm pestilentiam in Israel, de mane usque ad tempus constitutum, et mortui sunt ex populo a Dan usque ad Bersabée septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam Angelus Dñmi super Jerusalem ut disperderet eam, miseratus est Dñm super afflictione, et ait Angelo percussenti populum: Sufficit nunc contine manum tuam. Erat autem Angelus Dñmi juxta aream Aréuna Jebusei. Dixitque David ad Dñm, cum vidisset Angelum cadentem populum: Ego sum qui peccavi, ego inique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, et contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad David in die illa, et dixit ei: Ascende, et constitue altare Dño in area Aréuna Jebusei.

Et ascendit David juxta sermonem Gad, quem praecerat ei Dñs: et aedificavit altare Dño, et obtulit holocausta et pacifica: et propitiatus est Dñm terrae, et cohibita est plaga ab Israel.

**Graduale. Ps. 106.** Misit Dñs verbum suum, et sanavit eos: et eripuit eos de morte eorum. **V.** Confiteantur Dño misericordiae ejus: et mirabilia ejus filiis hominum. Allelúia, allel. **V.** *Ps. 68.* Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur Tractus *Dñm*, ut supra, in Missa tempore Belli, pag. 169]

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allel., allel. **V.** *Ps. 68.* Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam. Allelúia. **V.** *Zach. 8.* Salvabo populum meum Israel in die malo: et ero ei in Deum, in veritate et justitia. Allelúia.

Evangel. *Surgens Jesus*, ut Sabbato IV. Temp. post Pentecosten, p. 306, v. 107.

**Offert. Num. 16.** Stetit pontifex inter mortuos et vivos, habens thuribulum aureum in manu sua: et offerens incensi sacrifici-

cium, placavit iram Dei, et cessavit quassatio a Dño.

**Secreta.** Subveniat nobis quaesumus Dñm sacrificii praesentis oblatio: quae nos et ab erroribus universis potenter absolvat, et a totius eripiat perditionis incursu. Per Dñm nostrum.

**Communio. Luc. 6.** Multitudo languentium, et

qui vexabantur a spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes.

**Postcommunio.** Exaudi nos Deus salutaris noster: et populum tuum ab iracundiae tuae terroribus liberem, et misericordiae tuae fac largitate securum. Per Dñm nostrum.

### Missa pro Infirmis.

Introitus *Exaudi Deus*, ut Fer. iii. post Domin. IV. in Quadragesima, p. 120.

**Oratio.** Omnipotens sempiternus Deus, salus aeterna credentium: exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiae tuae imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dñm.

Si fuerit pro uno tantum, dicatur semper in singulari.

**Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. 5. c.**

**C**arissimi: Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? infirmatur quis in vobis? indicat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Dñmi: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dñm:

et si in peccatis sit, remittentur ei. Contemnergo alterum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini.

**Graduale. Ps. 6.** Miserere mihi Dñe, quoniam infirmus sum, sana me Dñe. **V.** Conturbata sunt omnia ossa mea, et anima mea turbata est valde.

Allel., allel. **V.** *Ps. 101.* Dñe exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perveniat. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur Tractus *Ps. 30.* Miserere mei Dñe, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus. **V.** Quoniam defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus. **V.** Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt.

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic:

Allel., allel. *Ps. 101.* Dómine exáudi oratió-nem meam : et clamor meus ad te perveniat. Allel. *Ps. 27.* In Deo sperávit cor meum, et ad-jútu sum : et refúruít caro mea, et ex voluntáte caro meá confitebor ei. Allel.

*Evang. Cum introisset Jesus, in Missa Domin. III. post Epiph. ab hoc signo %.*

**Offertor.** *Ps. 54.* Exáudi Deus oratió-nem meam, et ne despéxeris deprecatió-nem meam: inténde in me, et exáudi me.

**Secreta.** Deus, cujus nú-tibus vitæ nostræ mo-ménta decúrrunt, súscipe preces et hóstias famulórum tuórum, pro quibus ægotántibus miserícórdiam tuam implo-rámus : ut de quorum periculo metúmús, de eórum salúte lætémur. Per Dóminum.

**Communio.** *Ps. 30.* Illú-mina faciém tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua miserícór-dia : Dñe, non confun-dar, quóniã invocávi te.

**Postcommunio.** Deus, infirmitátis humanæ singuláre præsidium : auxili tui super infirmos fá-mulos tuos osténde vir-tútem; ut ope miserícór-diæ tuæ adjúti, Ecclé-siæ tuæ sanctæ incolú-

mes representári me-reántur. Per Dóminum.

**Pro infirmo, qui proximus est mori, dicuntur sequentes Orationes.**

**Oratio.** Omnipotens et miséricors Deus, qui humano generi et salutis remédia, et vitæ æternæ múnera contulisti : réspice propitius famulum tuum infirmitate corpóris laborántem, et ánimam réfove, quam creásti; ut in hora éxitus illius, absque peccáti mácula tibi Creatóri suo per manus sanctórum Angelórum representári mereátur. Per Dñum.

**Secreta.** Súscipe quæsumus Dómine hóstiam, quam tibi offerimus pro famulo tuo in extrémó vitæ constitúto : et concéde, ut per eam univér-sa illius purgéntur delicta; ut qui tuæ dispositi-ónis flagellis in hac ví-ta atteritur, in futúra ré-quiém consequá-tur ætér-nam. Per Dóminum.

**Postcommunio.** Quæsumus cleméntiam tuam omnipotens Deus : ut per hujus virtútem sacraménti famulum tuum grátia tua confirmáre dignéris; ut in hora mortis ejus non præváleat contra eum adversárius, sed cum Angelis tuis tránsitum habére mereátur ad vitam. Per Dñum.

## Missa pro Peregrinantibus, vel Iter agentibus.

Introitus. *Rédime me, ut Feria II. post Domin. II. in Quadragesima, p. 84.*

**Oratio.** Adésto Dómine supplicatió-nibus nostris; et viam famulórum tuórum in salutis tuæ prosperitate dispóne; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegántur auxilio. Per Dóminum.

Lectio libri *Genesis. 28.*

**I**N diébus illis : Egrésus Jacob de Bersabée, pergébat Haran. Cumque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occúbítum, tulit de lapidibus qui jacébant, et supponens cápiti suo, dormivit in eódem loco. Viditque in somnis Dóminum dicéntem sibi : Ego sum Dóminus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac terram, in qua dormis, tibi dabo et sémini tuo. Eritque semen tuum quasi pulvis terræ : dilataberis ad occidentem, et oriéntem, et septentrionem, et meridiem : et benedicéntur in te et in sémine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocúmque perrexeris, et reducam te in terram hanc : nec

dimittam nisi complé-vero univér-sa quæ dixi. Surgens ergo Jacob mane, tulit lapídem quem supposserat cápiti suo, et eréxit in titulum, fundens óleum désuper. Vovit étiam votum, dicens : Si fúerit Deus mecum, et custodierit me in via, per quam ego ámbulo, et déderit mihi panem ad vescéndum, et vestiméntum ad induéndum, reversúsque fúero prospere ad domum patris mei : erit mihi Dóminus in Deum, et lapis iste, quem eréxi in titulum, vocabitur domus Dei : cunctórumque quæ déderis mihi, décimas offeram tibi.

**Graduale.** *Ps. 22.* Si ámbulem in médio umbræ mortis, non tímébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine. *Ps. 17.* Virga tua, et báculo tuus, tibi dabo et sémini tuo.

Allel., allel. *Ps. 118.* Gressus meos dirige scécondum eloquium tuum, ut non dómipetur mei omnis iniustitia. Allel.

Post Septuages., omissis *Alleluia*, et *Y. seq.*, dicitur *Oratio.* *Ps. 90.* Angelis suis Deus mandávit de te, ut custódiat te in ómnibus viis tuis. *Ps. 119.*



mānibus portābunt te, ne unquam offēdas ad lapidē pedem tuum. **V.** Super aspīdem et basiliscum ambulābis, et conculcābis leonem et draconem.

Tempore Pasch. omititur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allel., allel. **V. Ps. 118.** Gressus meos dirige secūndum eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis injustitia. Allel. **V. Ps. 121.** Lætātus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dñi ibimus. Allelōia.

Seq. sancti Evangelii secūndum Matthæum. 10.

**I**n illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Eūntes, prædicāte, dicētes: quia appropinquāvit regnum cælorum. Infirmos curāte, mōrtuos suscitāte, leprōsos mundāte, dæmōnes ejicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidēre aurum, neque argēntum, neque pecūniā in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamēnta, neque virgam: dignus enim est operārius cibo suo. In quamcūque autem civitatem, aut castellum intrāveritis, interrogāte, quis in ea dignus sit: et ibi manēte donec exeatīs. Intrāntes autem in do-

mino, salutāte eam, dicētes: Pax huic dōmū. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermōnes vestros: exeūntes foras de domo, vel civitatē, excutite pūlvērem de pēdibus vestris.

**Offertorium. Ps. 16.** Percipe gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea: inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Dōmine.

**Secreta.** Propitiare Dōmine supplicatiōibus nostris, et has oblatiōnes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assūme, ut viam illōrum et præcedēte grātia tua dirigas, et subsequēte comitari digneris: ut de actu atque incolumitatē eōrum, secūndum misericordiā tuā præsidia gaudeamus. Per Dōminum.

**Communio. Ps. 118.** Tu mandastū mandātā tua custodiri nimis: ūtinam dirigantur viæ meæ ad custodiēdas justificatiōnes tuas.

**Postcommunio.** Tua Dō-

mine sacramēnta quæ sūpsimus, famulos tuos in te sperāntes custō-

diant: et contra omnes adversos tueantur incursus. Per Dōminum.

### Missa pro Sponso et Sponsa.

¶ Si benedictio Nuptiarum faciēda sit die Dominica vel alio die festo, dicatur Missa de Dominica, vel Festo, cum *Gloria in excelsis* et *Credo*, si illa Missa id requirit, et cum Commem. sequentis Missæ pro Sponso et Sponsa, et reliquis quæ pro Communionē, et complemento benedictiōnis in ea habentur. Si autem benedictio Nuptiarum faciēda sit aliis diebus, etiamsi in iis occurrat Festum duplex majus vel minus, dicatur sequens Missa votiva.

**Introitus. Tobie 7 et 8.**

**R.** Eus Israel cōjūgat vos: et ipse sit vobiscum qui miserū est duobus unicis: et nunc Dōmine, fac eos plēnius benedicere te. **Ps. 127.** Beati omnes qui timent Dñum: qui ambulāt in viis ejus. **V.** Glōria Patri.

**Oratio.** Exaudi nos omnipotens et misericors Deus: ut quod nostro ministratū officio, tua benedictiōne pōtius impleatur. Per Dōminum.

**Lect. Epistolæ B. Pauli** Apōstoli ad Ephēsius, 5.

**R.** fratres: Mulieres viris suis sūbditæ sint, sicut Dño: quōniam vir caput est mulieris: sicut

Christus caput est Ecclesiæ: Ipse, salvator corporis ejus. Sed sicut Ecclesiæ subjēcta est Ecclesiā ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilēxit Ecclesiā, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiā, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio hābit: sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiā: quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus. Propter hoc relinquit homo patrem, et matrem suam, et adhæret uxori suæ: et erunt duo in carne una. Sacramētum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, et in Ecclesiā. Verūtamēn et vos singuli unusquisque

uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.

**Graduale, Ps. 127.** Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. **V.** Filii tui sicut novellæ olivârû in circuitu mensæ tuæ. Allelûia, allelûia. **V. Ps. 119.** Mittat vobis Dñinus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos. Allel.

Post Septuages., omissis *Allelûia*, et *V. seq.* dicitur **Tractus, Ps. 127.** Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dñum. **V.** Benedicat tibi Dñus ex Sion: et videas bona Jerúsalem omnibus diebus vitæ tuæ. **V.** Et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

Temp. Paschali omittitur *Graduale*, et ejus loco dic.: Allel., allel. **V. Ps. 10.** Mittat vobis Dñinus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos. Allelûia. **V. Ps. 133.** Benedicat vobis Dñinus ex Sion, qui fecit cælum et terram. Allelûia.

**Evang. Accesserunt ad Jesum,** pag. 177, usque ad verba *Dixerunt illi.* **Offert. Ps. 30.** In te speravi Dñmine: dixi, tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea.

**Secreta.** Sûscipe quæsumus Dñmine pro sacra connubiî lege munus

oblátum: et cujus largitor es operis, esto dispósitor. Per Dñinum.

¶ Dicit *Pater noster*, Sacerdos antequam dicat *Liturgia nos quæsumus Dñmine*, stans in cornu Epistolæ versus Sponsum et Sponsam ante Altare genuflexos, dicit super eos seq. Orationes.

**Orémus. Oratio.** **P**roptiârè Dñmine supplicatiõibus nostris: et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dñinum.

**Orémus.** Deus, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispósit universitatís exórdiis, hómini ad imaginè Dei factò, ideo inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ut femine corpore de virili carnis principium, docens institui, nunquam licere disjungi: Deus, qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti, ut Christi et Ecclesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum: Deus per quem mulier jungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictiõne donatur, quæ sola nec per originális peccati pœnam, nec per

diluvii est ablata sententiam: respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali jungenda consortio, tua se expetit protectiõne muniri: sit in ea jugum dilectiõnis et pacis, fidelis et casta nuba in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum: sit amabilis viro, ut Rachel: sapiens, ut Rebëcca: longæva et fidelis ut Sara: nihil in ea ex actibus suis ille auctor prævaricatiõnis usurpet: nexa fidei, mandatisque permaneat: uni thoro juncta, contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem suam robore disciplinæ: sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctriinis cælestibus erudita: sit fecunda in sobole, sit probata et innocens: et ad beatiorum requiem, atque ad cælestia regna perveniat: et videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam et quartam generationem: et ad optatam perveniant senectutem. Per eundem.

¶ Tunc Sacerdos reversus ad medium Altaris dicat *Liturgia nos*, et reliqua more solito: et postquam sumpsit Sanguinem, communicet Sponsum; et prosequatur Missam.

**Communio. Ps. 127.** Ecce sic benedicetur omnis

homo, qui timet Dñum, et videas filios filiorum tuorum: pax super Israel.

**Postcommunio.** Quæsumus omnipotens Deus, instituta providentiæ tuæ pio favore comitari: ut quos legitima societate connectis, longæva pace custodias. Per Dñm.

¶ Dicit *Benedicamus Dñmino*, vel si Missæ illius diei conveniat, *Ite Missa est*, Sacerdos antequam populo benedicat, conversus ad Sponsum et Sponsam dicat:

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum: et ipse adimpleat benedictiõnem suam in vobis: ut videatis filios filiorum vestrorum usque ad tertiam et quartam generationem: et pòstea vitam ætèrnam habeatis sine fine, adjuvante Dñino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. **A. Amen.**

¶ Moneat eos Sacerdos sermone gravi, ut sibi invicem servent fidem: orationis tempore, et presertim jejuniarum, ac solemnitarum casti maneant: et vir uxorem, atque uxor virum diligat: et in timore Dei permaneant. Postea eos aspergat aqua benedicta, et dicit *Placeat tibi sancta Trinitas*, det benedictiõnem, et legat, ut solitum est, *Evang. S. Joannis: In principio erat Verbum.*